Toletana Canonicatus

Stantibus &c.

16

Dubium = *An constet de re judicata, vel potiùs de Causis restitutionis in integrum* =

Reu. Pater. POstquam D. Ioseph Fernandez Iubera principalis actualis Inqnisitor supremæ Inquisitionis Regnorum Hispaniæ in Regno Murtiæ obtinuisset ab hoc Supremo Auditorio tria Iudicata super executione Literarum Apostolicarum continentium prouisionem Canonicatus, & Præbendæ in Ecclesia Toletana adversùs Capitulum, & Canonicos dictæ S. Ecclesiæ, quod dd. Literarum executioni se opposuerat sub prætextu Impuritatis Familiæ D. Personalis, licèt ex Processu informatiuo facto à Canonico Commissario deputato per d. Reuerendissimum Capitulum, non solum nulla Impuritatis umbra appareret, sed potiùs à probationibus ab eo factis plenè constaret de eximia puritate, & nobilitatæ Familiæ illius, adhùc tamen tribus Iudicatis non acquiescendo recursum habuit ad Signaturam Iustitiæ loco Signaturæ Gratiæ pro obtinenda nova Commissione in Suspensiuo, sed reiecta fuit Instantia, & decreta Commissionis Signatura dumtaxat in deuolutiuo, mediante rescripto *S. P.* in cujus rescripti sequelam expeditæ fuerunt Litteræ Executoriales cum Insertione Decisionum, Sententiarum, & Decretorum, de quibus in *Summ. R̃mi Corij super Declaratoria num*.2. Quibus notificatis Reuerendissimo Capitulo Tolutano Capitulariter congregato licèt extradiderint D. Principali d. Canonicatus possessionem, nihilominùs in Capitulo, quo Canonici decreverunt parendum esse Literis Executorialibus, interposuerunt protestationem, qua contra Iudicata hujus supremi Tribunalis infamare Satagunt Familiam Principalis, uti infectam Iudaismo, cumulantes, ut ipsi dicunt vehementes præsumptiones Impuritatis ex actis resultantes, easque singillatim recensentes, & non contenti dicta protestatione facta in aula Capitulari, mediante publico Instrumento ad perpetuam Familiæ infamiam, dictam protestationem in actu, quo in Choro tradebatur possessio, quando magnus Populi concursus adfuit, illam, publicare fecerunt per Secretariũ d. Capituli, alta & intelligibili voce, & non solũ Copias illius distribuerunt, sed iuxtà notitias nuper peruentas publicũ illius transumptum transmiserunt ad omnia Capitula Cathedraliũ Hispaniæ, ad omnia Collegia, & Communitates habentes Statuta puritatis, ut in eorum Archiuiis conseruaretur.

Cum autem nunc post signatam Commissionem in devolutiuo à Signatura Iustitię loco Signaturæ Gratiæ, eadem fuisset R̃mo. Domino

A

meo

meo Ponenti præſentata, coram quo traſportatis actis ſubſcriptum fuit Dubium præinſertum, quod cum in Rota hodierna proponi contingat. ſperamus eſſe reſcribendum *conſtare de re judicata*, attenta præcedentium Iudicatorum Iuſtitia, & validitate.

Quo enim ad iuſtitiam illam mirificè reſultat ex Deciſionibus editis in tribus Inſtantiis, quas diſtribuimus, in quibus luculenter, & pleno calamo confutatæ fuerunt exceptiones propoſitæ pro parte Reu. Capituli Aduerſarij ſuper prætenſa Impuritate.

Vtque RR. PP. magis magiſque agnoſcant dd. exceptionum inſubſiſtentiam congruum duximus reſpondere eiſdem exceptionibus à Capitulo repetitis in dicta proteſtatione regiſtrata in *Summ. diſtributo coram Reuerendiſſimo Corio ſuper Dubio Declaratoriæ num.2. à litt. FFFF.* primo enim in dicta proteſtatione, opponunt, non fuiſſe adimpletum Statutum Puritatis, ex quo Hieronymus Iamon Nepos Baldaxaris Ferandez, & Magdalenæ Ortiz Abnepotis Iſabellæ de Torres non fuit admiſſus anno 1645. in Collegio maiori S. Idelphonſi propter infectionem Sanguinis tàm circa genus, quod procedebat ex Civitate Siguntina, quam reſpectu Magdalenæ Ortiz tertiæ Auæ D.Principalis, ut ex arbore, quã ad partes diſtribuimus, inde inducit, quod ſtante dicta non admiſſione, vel ſupponenda ſit Impuritas, vel ſaltem non ſint terminatæ probationes, ex quo non fuerunt factæ diligentiæ circa puritatem d. Magdalenæ Ortiz.

Verum RR. PP. iſta Reuerendiſſimi Capituli exceptio eſt in omnibus ſuis partibus iniuſta, & contra veritatem; hæc autem iniuſtitia manifeſta primò reſultat ex eo, quod Capitulum ſupponit prò indubitato, quod illa enunciativa emiſſa in aſſerto decreto Collegij S. Idelfonſi plenam conſtituat Impuritatis probationem, cum nihilominus Informationes, quæ fiunt per Communitates habentes Statuta Puritatis, & decreta non admiſſionis nullam conſtituant Impuritatis probationem, imò neque faciunt adminiculum, juxtà communem Doctorum Hiſpanorum Sententiam, ea ratione, quia cum dictæ Informationes fiant, & decreta emittantur ſine Partis citatione, ſine ulla Iuris ſolemnitate, ſecretò, & non audito, nec citato Prætenſore, hinc, tam attenta Iuris diſpoſitione, quam uſu, & praxi Regnorum Hiſpaniæ hujuſmodi Informationes, & decreta non faciunt probationem, neque adminiculum in alio Collegio, & in alia communitate in præjudicium illius, qui non fuit admiſſus, vel aliorum de eadem Familia, & Parentela, ut in puncto probant *Parexa de Inſtrum. edict. tit.10. reſol.4. à num.18. ad finem*, *Carleual. de Iudic. tom.2. lib.1. tit.2. diſput.3. num.30., & num.34. in fine*, *Eſcobar. de purit. Sangu. part.1. quæſt.5 tit. de natura Iudicij puritatis num.39. & ſeqq.* cum aliis adductis in Deciſione Reuerendiſſimi Corij die 11. Ianuarij 1723. ſuper Compulſoria §. Cæterum verſ. ſub

sub qua ratione communiter receptum, quibus addo consilium Insignis Doctoris Hispani *Valenzuel. 90. numer. 115.* ibi = *nam cum Processus prædicti sint informatiui non possunt, neque debent fidem facere in aliis Iudicijs, nec virtute illorum reputari probata bona, aut mala descendentia, quoad alia Tribunalia*, & subiungit, quod Informationes Collegiorum, eorumque decreta non faciunt indicium, & num.120. id pluribus aucthoritatibus, & validissimis fundamentis latissimè cunfirmat, & probant quoque *Noguerol. allegat.25. ex n. 298. ad 303. Gundisaluus de villadiego de maleficiis cognoscendis per Inquisitores num. 9. Perez. de Lara de Anniverſ. & Cappellaniis 2. part. cap.4. num.90. Barboſ. de poteſtate Episcopi part.1. tit.2. gloſſ. 17. num.49.* itaùt Reverendissimum Capitulum nullum Doctorem Hispanum reperire valuit, qui asserere ausus fuit, quod non admissio alicujus in aliquo Collegio, dicta non admissio contineat probationem Impuritatis, si itaque Informationes, & decreta non probant, neque bonam, neque malam descendentiam alicujus in alio Tribunali, imo nec faciunt adminiculum, nescimus quo Iure, qua ratione, & quo fundamento potuit Reuerendissimum Capitulum in dicta protestatione ex sola enunciativa emissa in libro d. Collegii super decreto non admissionis d. Iamon voluit habere pro probata mala illius descendentia.

Prædicta theorica est adeò certa, & irrefragabilis, vt communi vsu Regnorum Hispaniæ, & omnium Communitatum est recepta, si enim Processus informatiuus, & Decretum vnius Communitatis faceret probationem puritatis, vel impuritatis, vtique illa sufficeret prò alijs Communitatibus habentibus Statuta Puritatis, vt possent admitti ad alias Communitates, & Collegia sine vlla alia probatione, & non admissus, seù reiectus ab vna Communitate habente Statutum Puritatis, tàm ipse, quàm omnes de illius Familia deberent, tamquam impuri ab alijs Communitatibus non admitti, & nihilominùs quotidiana praxis contrarium ostendit, nam non admissus in vna Communitate, si postmodùm petit admitti in alia Communitate paritèr requirente Sanguinis puritatem, videmus illum admitti, si fecit Processum informatiuũ, & ex illo constaret de puritate Prætendentis, quinimò hic est vnus ex modis tollendi illam talem qualem maculam, quam quis iniustè patitur per non admissionem in aliqua Communitate, vt scilicèt recurrat ad aliam Communitatem requirentem eamdem Puritatis probationem, & instando prò admissione, tùnc si facto Processu informatiuo super puritate admittatur in alia Communitate, tùnc sublata remanet illa nebula Impuritatis, quæ ex præcedenti non admissione insurgere potuerit, vt probat *Escobar. de Sangu. purit. part. prima qu. prima §.8. num. 28.* ibi = *est & alius modus, quo asserta macula tolli, & honor reassumi valet, vt est postulatio Officij, seù Præbendæ, ad quam stricta qualitatum probatio præcedore est opus, ex quarum as-*

secu-

secutione maximè reintegratur honor ab Inimicis conquassatus, vt fieri quotidiè videmus, & comprobat *Parexa de Instrum. edit. tit. 10. resolut. 4. num. 24. & 25.*

Et hac cautela vsus fuit D. Franciscus Iamon Frater germanus dicti Hieronymi non admissi in dicto Collegio S. Idelphonsi, nam ille eodem anno 1645. comparuit in Tribunali S. Inquisitionis, & petijt adscribi intèr Familiares illius Supremi Tribunalis, pro cuius Officij assecuratione præcedere debet plena, & exacta puritatis probatio, vt est notorium, & probat *Escobar. in dicto tractu part. prima quæst. 2. num. 3.*, & à dicto Supremo Tribunali, stante notitia non admissionis in dicto Collegio S. Idelphonsi magis rigorosè processum fuit, nam pro capienda Informatione deputati fuerunt duo Commissarij, qui examinarunt centum, & quadraginta tres Testes, nempè Ministros S. Officij, Præbendatatos, Collegiales maiores, Sacerdotes, Iudices, Conseruatores, & Homines primæ notæ *Summ. Additionali nu. 12. litt. E.* Instrumenta, & Scripturas antiquas compulsarunt, illas solemnitèr recognoscere fecerunt, ac citato, & vocato Fiscali Inquisitionis, eoque audito, tandem declararunt, quod dictus Franciscus Iamon, & omnes illius Ascendentes erant de Sanguine puro, & nobili, & ex Primarijs Familijs, illumque cooptarunt in Familiarem S. Inquitionis *Summ. num. 12. per totum, & litt. AA.*, & liquet etiam ex titulo familiaritatis extracto ex Processu Informatiuo Canonici Toletani *Summ. Principali num. 40.*

Si enim ex Processu Informatiuo confecto à Commissario Reuerendissimi Capituli Toletani constabat, quod dictus Franciscus Iamon frater germanus Hieronymi Iamon non admissi in Collegio S. Idelphonsi anno 1646. fuit postmodùm à Tribunali S. Inquisitionis admissus anno 1647. in Familiarem, præuia rigorosa, & solemniori puritatis probatione, vtique Reuerendissimum Capitulum non debebat in dicta protestatione adeò tenacitèr insistere in dicta non adamissione Hieronymi Iamon, sed potiùs insistere debebat in admissione Francisci Iamon germani Fratris in Familiarem S. Inquisitionis, quia per hanc secundam admissionem sublata remansit quæcumque nebula infectionis, quæ insurgere poterat ex non admissione Hieronymi in dicto Collegio, vt indiuidualitèr probat *Escobar. loco supra citato.*

Considerare quoque debebat Reuerendissimum Capitulum, quod dictus Hieronymus Iamon non admissus in Collegio S. Idelponsi, præcedentèr, tàm ipse, quàm alter Frater, admissi fuerant in Collegio Lucensi, in qua quoque viget Statum rigorosum puritatis, & Antonius Iamon admissus fuerat in dicto Collegio anno 1624., & Hieronymus Iamon anno 1635., vt ex *secundo Summ. Additionali nu. 5. litt. C. & D.*, si itaque quoad dictas Personas, quas Reuerendissimum Capitulum in sua protestatione habere vult pro Infectis ex

ex sola non admissione Hieronymi in Collegio S. Idelphonsi debebat non obliuisci, quod Antonius, & Hieronymus fuerant præcedentèr admissi, vti Sanguine puri, in Collegio Lucensi, & Vniuersitate Complutensi, & subsequentèr Franciscus Iamon Frater germanus fuerat admissus, præuia rigorosa puritatis probatione in Familiarem S. Inquisitionis, itaùt stantibus duabus admissionibus fauore dd. Fratrum de Iamon in communitatibus requirentibus eamdem puritatis qualitatem, vtique tàm acritèr, & tàm malo animo insistere non debebat in non admissione Hieronymi, sed maiori cum fundamento, maiori cum iustitia, & equitate insistere debebat super duabus admissionibus, quarum vna præcedit, alia subsequitur, quia ratio, æquitas, & iustitia postulat puritati adherere proptèr Iuris præsumptionem, quæ puritati assistit.

Magis iniusta, & sine fundamento est secunda pars dictæ prutestationis, in qua dicit non fuisse à Canonico Commissario captam Informationem super puritate Magdalenæ Ortiz tertiæ Auiæ D. Principalis, quodque proindè non essent terminatæ probationes.

Quandoquidem ista assertio Reuerendissimi Capituli caret omni facti fundamento, cum enim omnes Testes examinati tàm in Ciuitate Seguntina, quàm in Villa Matriti deposuerint de puritate, & nobilitate omnium Ascendentium D. Principalis, & præsertim Testes examinati in Ciuitate Segutina à *Summ. num.9. litt.C.*, super quarta Interrogatione, ibi = *sopra la quarta dimanda rispose sapere, che tanto il Pretendente, come li suoi Genitori, Aui per ambe le Parti tutti, e ciascheduno di essi, e li loro Ascendenti, e Progenitori sono, e furono Christiani vecchi di puro Sangue senza razza, ne macula d'Ebrei, Mori, Eretici, ne Penitenziati dal S. Officio, e che per tali Christiani, vecchi, e puliti dalle dette razze sono, e furono stimati, tenuti, e communemente reputati, e che mai seppe, intese, ne vdì veruna cosa in contrario, e così è publico, e notorio, publica voce, e fama.*

Idem quoque deposuerunt Testes examinati in Villa Matriti *Summ. principali num.48. litt.A.* ibi = *disse sapere, che tanto il detto Giuseppe de Guignones de Medina, quanto il suo Nipote Pretendente, e li suoi Genitori, & altri Aui tutti, e ciascheduno di essi, e delli loro Ascendenti, e Progenitori, delli quali hà notizia, sono, e furono Christiani vecchi, puliti, e senza razza, e macula d'Ebrei, Mori, Eretici, ne Penitenziati dal S. Officio, e che per tali Christiani vecchi sono, e furono auuti, tenuti, e communemente reputati, ne mai seppe, intese, nè vdì veruna cosa in contrario, e così è publico, e notorio, publica voce, e fama, e sempre nel detto tempo, che dimorò in Siguenza, e doppo sin'al giorno d' oggi intese parlare con gran stima, & apprezzo di questa Famiglia* = eodemque modo deposuerunt cæteri Testes Viri insignes, & nobilissimi in Villa Matriti, vt ex *Summ. principali num.49. litt.A., num.50.51. 52. 53. 54. litt.A. num.55. litt.A. & num. 56.*, ex tot autem Testium depositionibus, qui deposue-

 runt

runt de publica voce, & fama, & communi reputatione puritatis quoad omnes Ascendentes, & Progenitores Principalis plene resultat puritatis probatio, vt pleno calamo probat *Escobar. de Sanguin. purit. part. prima quæst. 10. §. 2. num. 3. cum plurib. seqq.*, & probant *nostræ Decisiones, nempè prima Reuerendissimi Lancetta §. Assumpta, altera bo. me. Ansald. §. Quod autem, & nouissima Reuerendissimi Corij §. Quæ si indubitantèr.*

Et non solùm probatio puritatis dictæ Magdalenæ Ortiz Vxoris Baldaxaris Fernandex liquet ex præcitatis Testibus, sed etiam apparet, quia Alphonsus Fernandes filius dictę Magdalenæ Ortiz fuit admissus in Portionariũm Ecclesiæ Oxomen. vsque de anno 1611., in qua quidem Ecclesia viget rigorosum Statutum puritatis Sanguinis, vt testantur *Valenzuel. cons. 90. num. 3. Barbos. de Canonic. cap. 13. num. 28.*, & factis tùnc probationibus per Capitulum Ecclesiæ Siguntinæ, omnes Canonici vnanimes declararunt ibi = *omnes vnanimes, & conformes illum approbarunt, & declararunt dictum Alphonsum Fernandez purum esse, & Christianum antiquum, & habentem qualitates requisitas. & volitas à Statuto huius S. Ecclesiæ auctoritate Apostolica confirmato, cum ex dicta Informatione constaret, prout constitit, mediante examine plurium Testium, & quidem qualificatorum, dictum Alphonsum Fernandez fuisse Christianum purum, neque oriundum, neque descendentem à Iudeis, Mauris, Hæreticis, neque ab antiquitus, seù recentèr conuersis ad nostram Sanctam Orthodoxam Fidem, neque ipsum Alphonsum aut aliquem ex eius Ascendentibus pænitentiatum, neque mulctatum fuisse per S. Inquisitionis Officium, aliumque Iudicem ob hæresim, vti suspectum in Fide Cattholica* = vt in *Summ. Additionali num. 4. per tot.*

Et quidèm non solùm dictus Alphonsus Fernandez filius dictę Magdalenæ, vt ex Arbore, fuit, vtì Sanguine purus admissus ad Ecclesiam Oxomen. dicto Anno 1611., sed etiam fuit admissus ad portionem in Ecclesia Siguntina, præuia puritatis probatione de Anno 1615., *secundo Summario Additionali Num. 2. litt. C., & D.*

Alter verò filius dictæ Magdalenæ Ortiz, & Baldaxaris Fernandez, nempè Simeon Fernandez obtinuit Possessionem Canonicatus in eadem Ecclesia Siguntina de Anno 1624. post factam probationem puritatis, vt ex *Summario Additionali Num. 12. litt. Q., & secundo Summario Additionali Num. 2. litt. C., & D.*, si enìm Filij dictæ Magdalenæ Ortiz, & ~~Alphonsi Molina~~ [Balthasaris fernandez.] fuerunt admissi, tàm in Ecclesia Oxomen., quàm in Ecclesia Siguntina, & tunc probata fuit puritas Sanguinis dictæ Magdalenæ Ortiz vtiquè erat probata puritas dictæ Magdalenæ,

Sed ad quid immoramur in hac asserta exceptione nullo fundamento subnixa, dum Descendentes dicti ~~Alphonsi Molina~~ [Balthasaris fernandez.], & Magdalenæ Ortiz obtinuerunt de gradu in gradum infinitos alios Actus positiuos, tamquam Sanguine puri, nàm Antonius, & Hieronymus lamon

mon fuerunt admissi, tamquam Sanguine puri in Collegio Lucensi, in Vniuersitate Complutensi de Anno 1624., & de Anno 1636., *Summario Additionali Num.5. litt.C., & D.*, Franciscus Iamon pariter Nepos dictæ Magdalenæ Ortiz, & Balthaxaris Fernandez, non solùm fuit Portionarius Ecclesiæ Siguntinæ, sed etiam Familiaris Sacræ Inquisitionis de Anno 1646., *Summario Additionali Num.12.*

Rocchus Fernandez Delguetta paritèr Nepos ex filia dictæ Magdalenæ Ortiz fuit præuia puritatis probatione creatus Familiaris Sacræ Inquisitionis, *Summario Additionali Num.13. litt.A., B., & H.*, Ioseph Fernandez de Iubera Canonicus Doctoralis Ecclesiæ Conchensis Pronepos dictæ Magdalenæ Ortiz fuit præuia rigorosa puritatis probatione declaratus Iudex Ordinarius Sacræ Inquisitionis de Anno 1681., *Summario Additionali Num.10.*

Et Dominus Principalis Abnepos dictæ Magdalenæ Ortiz priùs fuit cooptatus in Familiarem S. Officij, *Summario Additionali Num.11.*, & nunc reperitur condecoratus insigni Dignitate Inquisitoris Regni Murtiæ, & proindè non sine magna iniustitia, & sine intollerabili grauamine potuit Reuerendissimum Capitulum Toletanum in dicta protestatione se conqueri, quod non constabat de puritate dictæ Magdalenæ Ortiz, sed debebat in Statera Iustitiæ considerare, tamquam iustus Iudex, an præualere deberet enunciatiua emissa in dicto Libro Collegij Sancti Idelphonsi, vel potiùs tot probationes puritatis, resultantes ex tot Actibus positiuis, quibus de gradu in gradum fuerunt condecorati Descendentes dictæ Magdalenæ, nempè Filij, Nepotes, Pronepotes, & Abnepotes, imò etiamsi nulla facta fuisset probatio super puritate illius, quod contra Facti veritatem esset supponendum, adhùc tamen cum filij, & Descendentes dictæ Magdalenæ habent prò se vltrà tres Actus positiuos procedentes ex Tribunali Sacræ Inquisitionis Hispaniæ, quod est Primarium ex Tribunalibus consideratis in Pragmatica san: mem: Philippi Quarti commendata per *Escobar. de Sangu. purit.*, dicti tres Actus positiui constituunt Rem Iudicatam irretractabilem, vt plenè probat *dictus Escobar. quæst.4. Artic.2., & 3.*, itàut quotiès quoad aliquem Ascendentem circà Personam alicuius Ascendentis, Descendentes habeant tres Actus positiuos Tribunalis Sacræ Inquisitionis, non potest super puritate illius ampliùs inquiri, vt plenè probat Decisio Reuerendissimi Corij §. *Si itàque*, & quoad dictam Magdalenam Ortiz, illius Descendentes non solùm habent tres Actus positiuos, iuxtà formam præscriptam in dicta Pragmatica, sed quinque Actus positiuos Tribunalis Sacræ Inquisitionis, vltrà tot alios Actus positiuos Ecclesiæ Oxomen., & Ecclesiæ Siguntinæ, & Collegij Lucensis.

Eoque iniustior fuit dicta protestatio, ex quo de tempore dictæ protestationis ad Instantiam Reuerendissimi Capituli Toletani per Iudi-

cem Compulsorialem compulsati fuerant Processus facti super puritate Alphonsi Fernandez Filij dictæ Magdalenæ Anno 1611. ab Archiuio Secreto Reuerendissimi Capituli, ibique sunt registrati decem, & octo Testes tunc per Commissarium Capituli examinati, ex quibus sex examinati fuerant in dicta Villa de Huette, qui omnes plene deposuerunt de Nobilitate, & puritate dicti Ferdinandi, & Magdalenæ Matris, vt ex Processu Compulsoriali ab eodem Reuerendissimo Capitulo in Actis producto; compulsatum quoque fuerat Decretum Reuerendissimi Capituli Oxumen., quo vnanimi Voto, & sine vlla pænitùs discrepantia declarauerant Alphonsum Fernandez, eiusque Progenitores fuisse, & esse Christianos antiquos nulla macula infectos, cuius Decreti verba supra transcripserant, compulsauerant quoque Processum factum occasione, qua Simon Fernandez paritèr filius d. Magdalenæ fuit admissus in Canonicum in Cathedrali Ecclesia Seguntina cum Decreto interposito Anno 1624. paritèr vnanimi Voto Capituli Seguntini, quod dictus Simon Fernandez, eiusque Ascendentes erant puri, & Nobilis Sanguinis sine vlla macula infectionis, vt ex Processu Compulsoriali exaduerso in Actis producto, vnde minori fundamento, & ratione poterat Reuerendissimum Capitulum se protestari, quod non constabat de puritate dictæ Magdalenæ Ortiz, cuius puritas tot iustificationibus per ipsum productis probata remansit. +

Non enim potest esse Dubium, quod ex tot Testium depositionibus antiquis continuatis in tot Actis positiuis resultet probatio famæ antiquæ, constantis, inconcussæ, & per decursum tot Annorum continuatæ, quæ fama antiqua cum sit magis proxima prætensæ infectioni plenam constituit puritatis probationem, quia fama antiqua habetur pro veritate, & facit rem notoriam etiam in Concursu contrariæ famæ posterioris, vt plenè probat *Escobar. de Sangu. purit. part.1. quæst.2. §.2. num.5., & seqq.*

Secundum Caput dictæ infamatoriæ protestationis, de quo *in Summario Reuerendissimi Cori super Dubio paritionis littera IIII.* continet, ibi == *Che descendendo dalle medesime linee d'Isabella de Torres, Baldassar Fernandez, e Maddalena Ortiz, il Dottore Don Gioseppe Fernandez Iubera Canonico Dottorale di Cuenca, e Fratello Carnale del Padre del Pretendente, ne tampoco fù ammesso alla Laurea Dottora e del Collegio Maggiore di Santa Croce di Valladolid dopoo auer fatto le sue proue dell'Anno 1678., il quale secondo, che depone il Testimonio, che è Ministro della Maestà Sua, e di tutta graduazione, il quale interuenne come Giudice à darui il suo Voto, e le furono riprouate mediante l'Infezione di Sangue, per la qual raggione vi sono altri veementi indizij ==*

Verùm dicimus, quod super dicta non admissione dicti Canonici Doctoralis Conchen. ad Collegium Sanctæ Crucis Reuerendissimum Capitulum Toletanum nullum fundamentum poterat constituere,

dum

+ [N]on datur in toto [p]rocessu informati[o] ullius testis, qui [d]icat Magdalenam [O]rtiz, et sic [n]on debuit, nec [p]otuit Canonicus [T]oletanus; nec [p]otest, nec debet [C]apitulum facere [I]nformationes [i]n eius origine, [e]t Principalis non [f]uit obligatus eius [o]riginem dare. [Es]cobar q. 6. §. 1. [n].º 1. et §. 3.º n.º 19. [E]t sic respondetur [a]d exceptiones [C]apituli datas [i]n Summ.º Lit. [g]gg. et in liter. [g]gg. h.hh.

dum ex nostris Decisionibus iàm probatum remanserat, primo quod huiusmodi Processus, & Decreta tanquam destituta omni Iuris solemnitate nullam speciem probationis constituant, imò neque faciunt adminiculum in hac materia puritatis, vt suprà plenè probauimus.

Secundo fuit probatum ex Processu confecto à Canonico Commissario Reuerendissimi Capituli Toletani, quod illa non admissio processit ex falsa depositione duorum Testium Inimicorum Familiæ Fernandez, nempè quondam Lagunez, & Parochi de Luzon, vt liquet ex *Summario principali Num.9. litt.E., & F. Num.10., & 11. litt.E., & seqq., & litt.P., Num.12. litt.D., E., & F., & litt.P., Nu.17. litt.E., & seqq., & litt.P., & Num.24. à litt.C. ad fin. Num.25, litt.B.*, si itàque Reuerendissimo Capitulo constabat ex Processu facto à suo Canonico Commissario, quod non admissio ad Collegium Sanctæ Crucis processit ex impostura, & falsa depositione duorum Testium inimicorum Familiæ principalis, vtiquè non debebat fundamentum constituere in dicta non admissione Causam habente à depositione dictorum Testium, vt suprà Inimicorum, quorum depositiones in hac materia reijciuntur, ex plenè congestis per *Escobar. de Purit., & Nobilit. quæst.12. §.2. num.1., & num.5.*, vbi quod non solùm nullam faciunt probationem, verùm etiam, quod non faciunt Indicium, nec minimam præsumptionem in hac grauissima materia puritatis Sanguinis.

Eòque fortiùs, quia vnus ex dictis Testibus, nempè Lagunez se disdixerat in articulo mortis, & fassus fuit contra veritatem deposuisse coram Collegiali dicti Collegij circa infectionem dictæ Familiæ petendo veniam, vt constat *ex Summario principali Num.9. litt.CC., Num.10. litt.V., Num.12. litt.Q., & Num.22. litt.C.*; alter verò Testis nempè Parochus de Luzon. se paritèr disdixit mediantibus duabus Epistolis conscripsit Commissario dicti Collegij, quibus retractabat suam depositionem vti falsam, quæ Epistolæ originales, & recognitæ, licèt ex malignitate dicti Lagunez non fuissent transmissæ ad dictum Commissarium, sed ab eo retentæ, vnam ex illis, ipsius Nepos consignauit Canonico Commissario Toletano, *Summario principali Num.17. litt.H., I., & K.*, & tenor dictæ Epistolæ, qua dictus Parochus retractabat suam depositionem vti falsam reperitur transcriptus *in eodem Summario Num.18. litt.K.*, altera verò Epistola fuit eidemCommissario Toletano consignata à D.Roderico Velazquez Canonico Ecclesiæ Siguntinæ, & Confessario, quæ illi in Confessione extradita fuit, vt dicto Canonico consignaret, *Summario dicto Num.21.*, in qua postquàm conquestus fuisset, quod non habuisset responsionem primæ Epistolæ iterùm fatebatur falsitatem suæ depositionis, vt ex *dicto Num.21. litt.A.*; Si itàque Reuerendissimum Capitulum non ignorabat non admissionem in dicto Collegio Patrui Domini Principalis processisse ex falsa duorum Te-

ſtium depoſitione, quodque illi duo Teſtes proprias depoſitiones vtì falſas retractauerant ex Proceſſu facto à ſuo Canonico Commiſſario, vtiquè contra Iuſtitiam in dicta proteſtatione voluit inſiſtere in dicta non admiſſione, quam hoc Supremum Tribunal in Deciſionibus æditis etiam declarauerat, quod nullam ſpeciem probationis conſtituebat, præſertìm quia emnauerat propter falſam depoſitionem duorum Teſtium inimicorum Familiæ Fernandez, qui ſuas depoſitiones retractauerant, vt liquet *ex Deciſione Reuerendiſſimi Lancettæ* §. *Rursùs*, *ex alia bo: mem: Anſaldi* §. *Nàm prædictus*, *&* *ex poſtrema Rmi Corij* §. *Idque ſignantèr*.

Debebat quoque conſiderare Reuerendiſſimum Capitulum Toletanum, quod, licèt dictus Canonicus Conchenſis Patruus Principalis non fuiſſet admiſſus ad Becham honorificam Collegij Sanctæ Crucis propter falſam depoſitionem dictorum Teſtium, ſubindè idem Canonicus Conchenſis facta plena puritatis probatione, & detecta ſupradicta falſitate depoſitionum, & iniuſtitia dictæ non admiſſionis in præfato Collegio Sanctæ Crucis, fuit à Supremo Tribunali Sacræ Inquiſitionis creatus Iudex eiuſdem Supremi Tribunalis, vt ex *Summario Additionali Num.* 10. *litt.F.*, ex qua quidèm admiſſione poſteriori in Tribunali Sacræ Inquiſitionis vtiquè ſublata remanet quæcunque vis, & qualiſcunque vmbra infectionis, quæ oriri poterat ex dicta non admiſſione in Collegio Sanctæ Crucis, vt ſuprà probaui.

Debebat inſupèr Oculos figere in tot Actibus poſitiuis, quibus condecorata fuit Familia Domini Principalis tàm ante, quàm poſt admiſſionem in dicto Collegio, quos ſuprà recenſui ſuper primo Capitulo dictæ proteſtationis, inter quos enumerantur plures à dicta Familia obtenti à Supremo Tribunali Sacræ Inquiſitionis, & tamen eſt certiſſimum, quod ex eis tres dumtaxàt exuberare videntur ad conſtituendam Rem Iudicatam irretractabilem, itàut ille, qui habet in Perſona propria, ſeù ſuorum Progenitorum tres Actus poſitiuos dicitur habere Rem Iudicatam irretractabilem, itàut ſuper paritione illius Familiæ alia quæſtio, aut controuerſia moueri non poſſit iuxtà claram diſpoſitionem Pragmaticæ clar: me: Philippi IV. confirmatæ per ſan: mem: Vrbanum VIII., & firmat *Eſcobar. de Purit. Sangu. part*, 2. *quæſt*. 4. *Art*. 1, *& pluribus ſeqq.*, & firmat *Deciſio Rmi Corij regiſtrata in Litteris Exequutorialibus* §. *Si itàque*.

Subiunxit Reuerendiſſimum Capitulum Toletanum in præcitata proteſtatione, de qua in *Summario ſuper paritione num*. 2. *litt.KKKK*, quod multi Teſtes auſi non ſunt qualificare Familiam D. Principalis proptèr retentionem probationum in Collegijs, & proptèr graues coniecturas, quod deſcendat ab Iſabella de Torres Siguntina, quæ Familia in dicta Ciuitate reputatur pro infecta, ex quo multi de Familia Torres fuerunt pœnitentiati à Sacro Tribunali Inquiſitionis, quodque de præſenti inſpiciuntur affixi in dicta Eccleſia

Ca-

Cathedrali Siguntina quatuor Sambeniti, in quibus ſunt deſcripti quatuor de Familia Torres Siguntina, quod eſt fundamentum ſufficiens, ne Communitas munita Statuto rigoroſo illum admittere teneretur.

Verùm RR.PP. ex Proceſſu informatiuo conſtat quod ex 70. ferè Teſtibus examinatis à Canonico Commiſſario Reuerendiſſimi Capituli Toletani, tres ex illis dumtaxat auſi non ſunt qualificare Familiam Principalis, cæteri verò Teſtes omnes Familiam Principalis pro pura, & nobili qualificarunt, vndè nulla ratio iuſtitiæ, & æquitatis poſtulabat, vt Reuerendiſſimum Capitulum potiùs deferre voluiſſet tribus Teſtibus, quàm tàm exceſſiuo numero Teſtium, qui Familiam Principalis qualificarunt, vt rectè probat Deciſio Reuerendiſſimi Lancetta §. *Aſſumpto*, & confirmat altera bo.me. Anſaldi §. *Quod autem*, & §. *Quin obſtare viſa ſit*, & nouiſſima Reuerendiſſimi Corij §. *Tùm & alij*.

Cæterùm RR. PP. ex dd. tribus Teſtibus, primus de quo in *Summario num.* 8. è numero delendus eſt; Hic enim fuit Cappellanus maior, & Canonicus Eccleſiæ Siguntinæ, qui non erat Originarius Siguntinus, ſed Epiſcopatus Palentini, *Summario dicto num. 8. littera A.* qui ſolùm depoſuit, quod ſuſpendebat ſuum Iudicium, ex quo audiuerat, duos de Familia non fuiſſe admiſſos in Collegijs, & tàm Patruum Principalis, quàm Principalem fuiſſe admiſſos in Tribunali S. Inquiſitionis, quodque proindè ſuſpendebat ſuum Iudicium, *dicto Summ. num. 8. litt. C.*

Alij verò duo Teſtes, nempè Benedictus Martinez, de quo *in Summario Reuerendiſſimi Lancetta num.* 20. & Simeon Paxarex *eodem Summario num.* 23. in tantum non qualificarunt Familiam Principalis, ex quo audiuerunt à quondam Canonico Retuerta, quod ille ſuſpicabatur malè de Iſabella de Torres, *vt liquet ex præcitatis numeris Summarij*, quibus proindè tamquam deponentibus de auditu nulla fides erat adhibenda, nam tunc Teſtibus de auditu in hac materia puritatis eſt fides adhibenda, quoties aſſignant verum factum, ex quo inſurgit infectio, exempli gratia, quoties indicant aliquem Sambenitum exiſtentem in aliqua Eccleſia, in qua eſt deſcriptum nomen alicuius aſcendentis, tamquam Pœnitentiati à Supremo Tribunali Inquiſitionis, aut allegant aliquam ſententiam latam ſuper infectione alicuius aſcendentis, & tunc probant, ſi verò nullam certam infectionis cauſam allegauerint, non probant, ità diſpoſuit Pragmatica ſan. mem. Philippi IV. quam tranſcribit *Eſcobar. de purit. Sangu. part. 2. quæſt. 3. in principio*, ibi = *Che li Teſtimonij, che depoſero, come non abbino più notizie della qualità del Pretendente, che quella di auer vdito, non oſtino alla pretenſione della nobiltà, e purità, come queſta notizia non abbia proceduto, ne ſi abbia fondato in altro principio, mà però ſe fatta inquiſizione per l'Informanti, trouaſi*

uassero, che fù fondamento per poter dirlo per star notata la Persona, ò per altre ragioni, Scritture, Sambeniti, Penitenze, e la nostra volontà, che operino quello, che sia luogo in Iure, perche in tal caso non operaranno le parole per se, se non la causa, e il fondamento, che ci è contra il Pretendente, ancorche non si fosse detto = itaùt Testes de auditu Impuritatis non probant, nisi is, à quo Testes audiuerunt allegata fuerit causa vera, & certa Impuritatis, videamus nunc, an Canonicus Ruituerta, à quo dd. duo Testes audiuerunt, Isabellam de Torres fuisse infectam, an allegauerit certam causam infectionis illius, & certum est, illum, non solùm nullam certam causam infectionis allegasset, imò ingenuè fassus fuit, & dd. Testibus declarauit, ipsum nescire veritatem, nam cum Simeon Paxarex vnus ex præcitatis dd. Testibus in colloquijs familiaribus, quæ faciebant super prætensa infectione Isabellæ interrogasset dictum Canonicum Retuerta *Summario num.*23. *littera N.* ibi = *e domandando il detto Testimonio, che come mai poteua essere, che la detta Isabella de Torres fosse dell'Infetti di Siguenza, essendo stata questa vna Famiglia tanto nobile, e di tanti atti positiui, tanto nella Città, come di Prebendati di questa Santa Chiesa, e di Sepolture onorifiche, gli rispose, che la verità di quello, che realmente era, non lo poteua sapere, perche non aueua inteso dire, che la detta Isabella de Torres fosse stata penitenziata nella sua Persona, mà ne tampoco poteua discernere, se era descendente, ò Figlia, ò Nepote delli Torres, che si conuertirono l'anno* 1442. = quo circa præcitati Testes, qui deponunt de infectione Isabellæ de Torres de auditu à Canonico Retuerta credere voluerunt simplici dicto d.Canonici, qui veritatem nesciebat, & proindè nulla pœnitùs fides est illis adhibenda, vt plenè probauit Decisio bon. mem. Ansaldi §. *Nihilominus*, quinimò dd. duo Testes sunt grauissima pœna digni, quo circa Reuerendissimum Capitulum Toletanum tantam vim facere non debebat in depositione duorum Testium, qui familiam Principalis non qualificarunt, non alia ratione, quia audiuerunt à Canonico Retuerta, quod ille credebat Isabellam de Torres fuisse infectam, quando constat, ipsum Canonicum Retuerta ingenuè declarasset dd. Testibus, quod ipse ignorabat veritatem dictæ Infectionis, quodque ignorabat, an Isabella de Torres esset filia, aut Consanguinea illorum de Familia Torres, qui Religionem Cattholicam amplexi fuerant, nam Reuerendissimum Capitulum non poterat deferre, neque fidem adhibere Testibus deponentibus de auditu ab eo, qui veritatem nesciebat, nam, vt ait *Escobar. de Sangu. purit. part. prima quæst.* 9. §. 4. *num.* 80. ibi = *Iudices harum Causarum plurimum animaduertere debent, an Testes aliqua parte suspecti sint, & an ex meliori contrariorum Testium ratione fragilitentur, seù eorum fides minuatur, quià his, & similibus casibus fidem*

amit-

amittunt, nec eis credere debent, & omnibus probè pensatis pro suo arbitrio ex iure ratione, & æquitate pensatis inspicere debent, quanta sit Testibus de auditu fides adhibenda.

In casu nostro Reuerendissimum Capitulum ex Processu fabricato per suum Canonicum Commissarium aduersùs duos Testes, qui deposuerunt de prætensa infectione Isabellæ de Torres de auditu à dicto Canonico Retuerta, qui veritatem nesciebat, habebat tot alios Testes deponentes de puritate Isabellæ de Torres, habebat tot alia documenta irrefragabilia illius puritatis, habebat sepulturam honorificam illius, continuatam famam publicam, & communem reputationem puritatis, & nobilitatis dictæ Familiæ, de qua communi reputatione, & publica fama contestabantur etiam dd. duo Testes, nempè dictus Canonicus Paxarex in suprascripta Interrogatione, cuius verba supra transcripsimus, & idem deposuit in secunda depositione alter Testis, scilicèt Canonicus Martinez, vt ex *Summario num.* 32. *littera* D. ibi = *& anche auuerte, che con questa sua dispozizione non è l'animo, & intenzione sua di togliere alla Parte lo splendore publico, nè la stima, e decoro ciuile, con le quali hà ottenuto li primi posti, & impieghi della Republica, essendo stata stimata sempre la sua Famiglia per vna delle prime della Città, e questa è la pura verità* = Si enim dd. duo Canonici ambo deponunt de publico, & notorio, ac de publica, & communi reputatione puritatis, & nobilitatis dictæ Familiæ in Ciuitate Seguntina, & inspexit, quod dd. duo Testes potiùs adhærere voluerunt simplici dicto eiusdem Canonici Ruetuerta, qui veritatem ignorabat, quàm credere publicæ, & communi reputationi nobilitatis, & puritatis d. Familiæ, vtique Reuerendissimum Capitulum illis nullam fidem habere debebat, vt monet *Escobar. de Sangu. purit. part. prima quæst.* 12. §. 3. *num.*46., ibi = *aliud periculum est, quod sunt quidam, qui ex sola maculæ assertione, etiamsi falsa appareat Prætensorem, & suum genus maculorum iudicant, quod certè maximum delirium est, & correctione dignum, atque in animæ foro valdè periculosum.*

Debebat etiam Reverendissimum Capitulum considerare cæteras circumstantias, quibus ad euidentiam cognoscere poterat puritatem, & nobilitatem Isabellæ de Torres, non solùm ex eo, quod eodem anno, quo combusti fuerunt illi quatuor de familia Torres infecta decessit Isabella de Torres, & illa non solùm fuit sepulta in Ecclesia Cathedrali cum honorifica inscriptione videlicet, ibi = *quì stà sotterrata l'onorata Signora Isabella de Torres, che fù Moglie d'Alfonso Molina morì Domenica 6. del mese di Nouembre* 1541. *Summario num.* 42., & quod magis est notabile in Lapide sepulcrali conspiciuntur insculpata Arma, & Insignia Nobilis Familiæ de Torres, & in illis inserta, & coniuncta Arma, & Insignia Sanctæ Ecclesiæ, & Capituli Siguntini *Summario dicto num.* 42. *littera E.*

 quod

quod vtique permissum non fuisset, si Isabella de Torres non fuisset de Familia Nobili Torres, & fuisset aliquo modo suspecta pe infectione, vt aduertit Decisio Rmi Lancetta §.*Nec minoris*, & illa bon.mem. Ansaldi §.*Crescitque*.

Debebat quoque considerare, quod Alphonsus Fernandez Secretarius Sac. Inquisitionis, qui ex speciali delegatione dicti Tribunalis Processum confecerat contra illos de Familia Torres infecta, *vt ex Summar. principali nu.2.44. litt.B. & Summ. addition.num.17.*, & postmodum anno 1546. matrimonium contraxit cum Donna Anna de Molina, & Torres filia DD. Alphonsi Molina, & Isabellæ de Torres *Summ. principali num.36.* est enim ab omni inuerisimilitudine alienum in Regnis Hispaniæ, quod Vir Nobilis in tanta dignitate constitutus, Secretarius Sacr. Inquisitionis matrimonium adeo infame contrahere voluisset cum filia Isabellæ de Torres, si dicta Isabella fuisset aut infecta, aut de infectione suspecta, vt probat *Decisio bo. me. Ansaldi* §. *Et denique*, & præcedenter firmauerat *Decisio Reuerendissimi Decani* §. *confirmat*.

Et quod magis vrget, est, quod post contractum dictum Matrimonium, non solum dictus Alphonsus Fernandez creatus fuit Familiaris Sacræ Inquisitionis, *Summ. principali num.39.* sed etiam de anno 1551. fuit iterùm subdelegatus à Supremo Tribunali Inquisitionis, vt Processum formaret contra alium de Familia Torres Ciuem Siguntinum de Iudaismo inditiatum, vt *ex Summ. principali num.46. vers. che parimente il sudetto*, non enim est credibile quod Supremum Tribunal Inquisitionis voluerit dicto Alphonso Fernandez delegare causam Fidei contra illum de Familia Torres infecta, si illius Vxor Anna Molina, & Torres fuisset de dicta Familia infecta, vt rectè aduertit *Decisio Reuerendissimi Lancetta* §. *Maximè*, idque comprobat *Decisio bo. me. Ansaldi* §. *Eo fortiùs*, & omnia prædicta comprobat *nouissima Decisio Reuerendissimi Corij* §. *huiusmodi autem*.

Sciebat quoque Reuerendissimum Capitulum ex Iuribus per suum Canonicum Commissarium compulsatis, quod vsque de anno 1598., de quo tempore magis nota esse poterat infectio, seu suspicio infectionis Isabellæ de Torres, quod D. Petrus de Salazar nepos ex Filia dictæ Isabellæ de Torres fuit prouisus de Canonicatu S. Ecclesiæ Siguntinæ, in quo vigebat Statutum puritatis vsque ad secundum Auum, qui cum pro obtinenda possessione sui Canonicatus dedisset suam Genealogiam, in qua dedit pro suis Auis dictam Isabellam de Torres, & Alphonsum Molina 2. *Summ. addit. num.2.*, & examinatis Testibus per Canonicum Commissarium, omnes deposuerunt de nobilitate, & puritate dicti Petri de Salazar, & omnium suorum Ascendentium, & fuit interpositum decretum per Capitulum Siguntinum, illum esse admittendum, ex quo omnes Testes concorditer deposuerant ibi = *Che li sopradetti Ascendenti del detto Pretendente, e li materni furono Christiani Vecchi liberi di*

di tutta mala razza, infamia, o sospetto, e che non furono delli nuouamente conuertiti, reconciliati, nè Penitenziati per il Sac. Tribunale del'Inquisizione, nè castigati per nessun'altro con pena denigratiuà = & constabat Reuerendissimo Capitulo, quod non solum dictus Petrus de Salazar fuit admissus in Canonicum Ecclesiæ Siguntinæ anno 1548., tamquam puri Sanguinis, sed quamplures alij Descendentes à dicta Isabella de Torres obtinuerunt Canonicatus, & Dignitates in dicta Sancta Ecclesia, tamquam puri Sanguinis, nempe Alphonsus Fernandex anno 1615., Simeon Fernandez anno 1624., Ioannes Fernandez Delguetra anno 1637., & quamplures alij, qui recensentur *in dicto secundo Summario additionali num. 2. litt. C., & D.*

Constabat etiam Reuerendissimo Capitulo Toletano, quod Alphonsus Fernandez Anno 1611. assecutus fuerat portionem in Cathedrali Ecclesia Oxomen., præuia rigorosa puritatis probatione, ex quo in dicta Ecclesia viget Statutum rigorosum puritatis, licèt esset nepos ex filia dictæ Isabellæ de Torres, vt supra probauimus, & quamplures alij Descendentes dictæ Isabellæ de gradu in gradum fuerunt admissi ad Collegia munita statuto rigoroso puritatis, & in Familiares, Iudices, & Inquisitores Sacræ Inquisitionis, vt supra probauimus, ex quibus arguere possunt RR. Patres quam magna sit iniustitia dictæ protestationis, & contrarij assumpti in hodierna controuersia, nam dictum Reuerendissimum Capitulum potiùs deferre voluit depositionibus dictorum Testium, qui Familiam Principalis non qualificarunt, imò audiuerunt dicere à Canonico Retuerta, quod iudicabat, Isabellam de Torres esse infectam, non obstante quod dictus Retuerta professus fuisset ipsum nescire veritatem infectionis, quàm deferre tot liquidissimis probationibus ex Processu Canonici Commissarij resultantibus, contra iustitiam, & æquitatem, vt aduertit = *Escobar part. 2. quæst. prim. gloss. 5. num. 33., & seqq.* ibi = *4. in iudicando potest interuenire peccatum, dum Iudices, non attentis qualitatibus, neque quę acta interueniunt in prætensoris persona, & genere, iudicant, cum omninò teneantur omnes respicere qualitates &c. & iudicium ferre, secundùm veritatem, aut quod verisimiliùs apparet, nam contra non poterunt tuta anima iudicare &c., nec quidem poterunt iudicare, nec animos suos instruere ex extraneis, & alienis considerationibus &c.*, & proinde in huiusmodi causis debent considerari omnes qualitates, omnes probationes, & iuxtà id, quòd est verisimiliùs, aliàs enim peccant, & Iudicium est iniustum, ac peccaminosum.

Nec vrget id, quod subiungitur in tertio Capitulo dictæ protestationis, quod scilicet Familia Torres in Ciuitate Seguntina reputetur infecta, ex quo in dicta Ecclesia essent affixi quatuor Sambeniti, ex quibus apparet, quatuor de Familia Torres fuisse condemnatos per Tribunal Sacræ Inquisitionis, nam prima pars dictæ propositis est totaliter falsa; non enim est verum, quod in Ciuitate Siguntina

Fa-

Familia Torres communiter ab omnibus pro infecta reputetur, nam omnes Testes examinati à Commissario Reuerendissimi Capituli deposuerunt, quod in Ciuitate Siguntina adesse plures Familias cum eadem denominatione de Torres, quodque vna dumtaxat ex illis plebea, & ignobilis, est infecta, aliæ verò sunt nobiles, & puri Sanguinis, vt *ex Summario num. 9. litt. C.*, & passim ex Testium depositionibus.

Non obstante, quod quatuor de Familia Torres fuerunt pænitentiati à Tribunali Sacræ Inquisitionis; quoniam incumbit Reuerendissimo Capitulo probare, Isabellam de Torres fuisse de illa Familia Torres infecta, de qua erant dicti condemnati à Tribunali Sacræ Inquisitionis, vt probat *Decisio Reuerendissimi Lancetta §. Absque eo*, & comprobat *Decisio bon. me. Ansaldi §. sed in vniuersum*, & pleniùs *nouissima Decisio Reuerendissimi Corij §. sed imò falsus, & §. Et nihilominus*, & omnem difficultatem, & qualemcumque impuritatis præsumptionem auferre debebat Reuerendissimo Capitulo Toletano Testimonium Tribunalis Sac. Inquisitionis in Processu informatiuo existente, cum enim omnes Inquisiti in Tribunali Sacræ Inquisitionis tenentur exhibere suas Genealogias Ascendentium, Descendentium, & Collateralium, vt plenè probat *Escobar. de purit. par. 2. quæst. 6. §. primo num. primo* cum alijs allegatis *in Decisione Reuerendissimi Corij §. Et nihilominus* de mandato speciali Tribunalis Supremæ Inquisitionis fuerunt recognitæ Genealogiæ illorum, qui fuerunt condemnati a Tribunali Sac. Inquisitionis, quorum sambeniti reperiuntur registrati in Tabellis affixis in Cathedrali Ecclesia Siguntina, & in illis inter Ascendentes, Descendentes, Collaterales, & Transuersales nulla fuit reperta persona, quæ nuncupabatur Isabella de Torres, vt liquet ex *Summar. principali num. 44.*, si itaque tota prætensio Capituli in eo consistit, quod Isabella Torres potuerit esse de illa Familia Torres, de qua erant illi condemnati à Tribunali Sac. Inquisitionis, eo ipso debebat Reuerendissimum Capitulum acquiescere Testimonio dicti Supremi Tribunalis, quod inter Ascendentes, Descendentes, & Collaterales dictorum condemnatorum non adesset nomen Isabellæ de Torres, cum dictæ attestationi plenam debebat adhibere fidem, vt probat *Decisio Reuerendissimi Decani §. Hisque accedit, & altera Decisio bon. me. Ansaldi §. Semperque, & nouissima Reuerendissimi Corij §. Et nihilominus*, præsertim quia concurrunt tot aliæ probationes continuatæ à tempore, quo viuebat dicta Isabella de Torres, vsque ad præsens, tot actus positiui, & probationes, quæ puritatem, & nobilitatem dictæ Isabellæ ad euidentiam ostendunt.

In quarto Capitulo prædictæ protestationis continetur, quod cum Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Siguntinæ, quod de Anno 1644. habebat Statutum limitatum vsque ad tertium Gradum condere voluisset

Sta-

Statutum rigorosum acerrimè se opposuerant duo Præbendati Consanguinei Domini Principalis, itàut illud Capitulum Seguntinum condere non potuit, nisi post obitum dd. Præbendatorum, quodque Patruus dicti Domini Principalis obtinuit prouideri per Sedem Apostolicam de vna ex Dignitatibus Ecclesiæ Seguntinæ ausus non fuerit instare pro admissione, *dicto Summario super Declaratoria Num.2. litt.LLLL.*

Cui Capitulo protestationis respondemus, quod dicto Anno 1644. fuit de communi omnium Consensu stabilitum Statutum rigorosum puritatis Sanguinis, & in hoc conuenerunt omnes Canonici etiam Præbendati Consanguinei Domini Principalis, vt testatur Secretarius Reuerendissimi Capituli Siguntini, *secundo Summario Additionali Num.1. litt.B.*, ibi == *Et similitèr in eodem Actu compulsata fuerunt diuersa Decreta Capitularia istius Capituli Siguntini habita de Annis 1631., & 1646. de, & super eo, quod inposterùm Statutum, quod vigebat in dicta Sacra Ecclesia rigorosum intelligi deberet, & quamuìs constet, quod in dictis Capitulis interfuerint nonnulli Præbendati de Familia Fernandez, nulla prorsùs ex parte illorum, neque alterius cuiuscunque factam fuisse contradictionem* ==, idcircò est ab omni prorsùs veritatem alienum id, quod dicitur in dicta protestatione, quod Præbendati de Familia Fernandez accerrimè se opposuerant Anno 1646. ne fieret Statutum rigorosum.

Idque adeò verum est, quód cum tandèm 1688. fuisset factum Statutum rigorosum puritatis in Capitulo pleno, & in eo adfuissent tres Canonici de Familia Domini Principalis, illi omnes conuenerunt in præcitato Statuto rigoroso puritatis, & exclusione Officiorum, quæ non essent decorosa, vt testatur idem Dominus Secretarius de Mandato Reuerendissimi Capituli Seguntini, *dicto secundo Summario Additionali Num.2. litt.E.*

Sicuti dubitari nequit, quod Anno 1646. conuenerint, vt fieret dictum Statutũ rigorosum puritatis etiam Consanguinei Progenitores Domini Principalis, sed cum ex post Decretum fuisset, vt omnes iurarent procuraturos confirmationem dicti Statuti, & faciendi contributionem pro expensis necessarijs, duo Præbendati de Familia Principalis Iuramentum non præstiterunt, ex quo non erant Proprietarij in suis Præbendis, sed dumtaxàt Coadiutores, neque habebant Mandatum Procuræ, itàut ista de Causa iurare recusarunt, vndè aliud est, quod illi non iurarunt super puncto procurandi confirmationem dicti Statuti, & contribuendi expensas necessarias, ex quo erant Coadiutores, & aliud est, quod acritèr se opposuissent dicto Statuto, nàm vt fieret dictum Statutum rigorosum omnes consenserunt, & præcæteris etiam dicti Præbendati, vt ex *dicto secundo Summario Additionali Num.1. litt.B.*

Et licèt verùm sit, quod Don Hieronymus Fernandez Patruus Domini Principalis prouisus fuisset à Sancta Sede de Dignitate Cantoriæ

in

in dicta Ecclesia Seguntina pendente hac controuersia, & hac de Causa distulisset instare coram dicto Capitulo pro admissione ad Possessionem suæ Dignitatis, non per hoc vlla præsumptio infectionis desumi potest, imò eadem prorsùs excluditur, nàm statìm hac dictus Don Hieronymus petijt in dicto Capitulo admitti factæ fuerunt Informationes à Canonico Commissario Capituli Seguntini super puritate Sanguinis juxtà formam Statuti rigorosi, & illæ vnanimi Consensu fuerunt admissæ, & etiam approbatæ per Reuerendissimum Capitulum Seguntinum, itaut dictus Hieronymus admissus fuit in Possessionem dictæ Dignitatis sine vlla prorsùs contradictione, vt ex *Summario in calce Num. vnico*.

In 5. Capitulo dictæ protestationis, de quo in dicto *Summario super paritione num.2. litt. MMMM.* allegat Reuerendissimum Capitulum non euanescere vehementem præsumptionem, quod Principalis ad se eximendum à Parentela illorum de Torres infectorum supponat suam quintam Auiam Isabellam de Torres non fuisse de Familia Torres Siguntina sed de Familia Torres loci Acquauiuæ, quod non iustificauit, dum non reperitur fides Baptismatis, quodque Testes examinati in Terra Acquauiuæ omnes deposuerunt, non audiuisse loqui de dicta Isabella de Torres, quodque proindè necesse sit Principali probare qualificationem, & subiungit *litt. OOOO.* quod aliqui Testes deposuerint, hanc natiuitatis variationem fuisse ideatam ad euitandum præludicium probationum retentarum in Collegijs, quodque Principalis in genealogia, quam præsentauit expressit, Isabellam de Torres naturalem Siguntinam, & non loci Acquauiuæ, subiungit vlteriùs, quod si Isabella de Torres fuisset natiua Acquauiuæ probatum fuisse de tempore, quo factæ fuerunt probationes per Collegia, & per Sac. Inquisitionem.

Omnia præmissa summam redolent iniustitiam, & nullius sunt efficaciæ, tunc enim procedere possent supradicta argumenta, quoties ex Processu informatiuo facto per Canonicum Commissarium Reuerendissimi Capituli fuisset probatum, adfuisse in rerum natura aliquam Isabellam de Torres Seguntinam sanguine infectam, tunc enim suspicari posset, quod Principalis pro euitanda infectione illius Isabellæ de Torres mutare voluisset locum originis, sed in Processu informatiuo nulla pænitùs adest probatio, aut probationis species, aut fama, aut rumor, quod in Ciuitate Seguntina adfuerit aliqua Isabella de Torres Siguntina, & infecta, sed vnica fuit Isabella de Torres, scilicet Vxor Alphonsi Molina, & quinta Auia Principalis, & proindè nescimus qua ratione voluerit Principalis mutare nomen originis dictæ Isabellæ de Torres, quæ siuè sit Ciuis Seguntina, & originaria Terræ Acquauiuæ, siuè illam velit Reuerendissimum Capitulum Ciuem, & originariam Ciuitatis Seguntinæ, hoc vnum certum est, non solum nullam adesse probationem, quod aliqua Isabella de Torres esset infecta, sed constat euidenter ex toti tan-

tantisque probationibus, quod illa vnica Isabella de Torres Vxor Alphonsi Molina fuit nobilis, & puri sanguinis, & tam ipsa; quam omnes sui descendentes fuerunt reputati nobiles, & puri sanguinis, & illa semper fuit, & adhuc est vna ex primarijs Familijs Ciuitatis Seguntinæ, vt ex tot, tantisque probationibus supra recensitis liquidissimè apparet.

Si itaque nulla aderat causa simulandi originem Isabellæ de Torres à Terra Acquauiuæ, cum nulla probata fuerit existentia alicuius Isabellæ de Torres originariæ Ciuitatis Siguntinæ, quæ fuit infecta, cessat ista ideata simulatio, quam D. Principali impingere satagit Reuerendissimum Capitulum Toletanum, quia cessante causa simulationis, cessat, & ipsa simulatio, vt probant *Rot. coram Otthobon. decis.238.num.10., & 11. decis.94.num.24.par.15.recent., & coram Buratto decis.30.num.2., & decis.896.num.3., & decis.52.num.4., & 240.num.8. par.16.recent.* itaut probatio facta, quod Isabella de Torres fuit originaria Terræ Acquauiuæ, non est ideata, sed facta fuit, quia ità veritas se habebat, nec ex eo, quod reperta non fuerit fides Baptismatis dictæ Isabellæ de Torres in Ecclesia loci de Acquauiua, induci potest probatio, quod non fuit originaria loci de Acquauiua, tùm quia eadem ratione arguere possumus, quod non fuit reperta fides Baptismatis in libris Ecclesiæ Cathedralis Seguntinæ, ergo non fuit originaria Ciuitatis Seguntinæ, in tantum enim, neque in Ecclesia Seguntina, neque in Ecclesia loci de Acquauiua reperta fuit partita Baptismatis dictæ Isabellæ defunctæ de anno 1541., ex quo non adsunt libri adeò antiqui in dd. Ecclesijs, in quibus sunt descripta nomina illorum, qui baptizabantur, nam in vtraque Ecclesia Canonicus Commissarius omnes possibiles adhibuit diligentias pro reperienda dicta partita Baptismatis, & ratio est, quia Isabella de Torres nedum nata, sed etiam sepulta fuerat longè ante publicationem Sac. Concilij Tridentini, quod onus imposuit Parochis, vt haberent libros, in quibus describerent nomina eorum, qui in suis Parochijs baptizabantur, & tumulabantur, adeout ferè in omnibus Ecclesijs totius Orbis Cattholici non reperiuntur similes libri, vt notum est, neque probatio originis est restricta ad solam fidem Baptismatis, sed illam optimè probatur ex duabus antiquis enunciatiuis emissis in diuersis Instrumentis, prout in casu nostro, quo origo dictæ Isabellæ de Torres probata fuit ex enunciatiuis emissis ex septem antiquis publicis Instrumentis, & ex libro defunctorum Parochialis Ecclesiæ Terræ Acquauiuæ, qui de eo tempore inceptus fuerat de mandato Episcopi in executionem dispositionis Sac. Concilij Tridentini, in eo enim reperitur scriptum, ibi = *Alli 20. del mese d'Agosto anno 1553. morì Alfonso de Torres Cittadino di questa Terra, fù sepelito in questa Chiesa dentro la sua Cappella &c., e nel principio dell'anno lasciò per li suoi Genitori vna Nouena &c., & vn'altra per Isabella de Torres sua Sorella, che morì*

in

in Siguenza = *Summario principali num.*14. *litt.A.* potest enim da maior, & efficacior probatio, quod Isabella de Torres esset origina ria Terræ Acquauiuæ, non enim hæc partita conscripta in libro Pa rochialis Ecclesiæ Terræ Acquauiuæ compulsata à Canonico Com missario æquipollet fidei Baptismatis dictæ Isabellæ, non enim hæc partita probat, Isabellam de Torres defunctam in Ciuitate Seguntina fuisse Sororem Alphonsi de Torres Ciuis, & Originarij Terræ Acquauiuæ, & de Familia Torres dicti loci, in qua dicta Familia habebat suam Cappellam cum Armis, & Insignijs, non enim Al phonsus de Torres erat Frater Isabellæ de Torres defunctæ in Ci uitate Seguntina, & sic de Familia Torres loci Acquauiuæ, ergo Isa bella Soror erat eiusdem Familiæ de Torres Terræ Acquauiuæ, id confirmatum fuit ex publico Instrumento Testamenti eiusdem Al phonsi de Torres compulsato à Canonico Informante *Summari num.*15. *litt.B.* ibi = *Io Alfonso de Torres Cittadino natiuo di questa Terra d'Acquauiua* = *& litt.D.* ibi = *Item ordino si dica vn' altra Nouena di Messe per Isabella de Torres mia Sorella, la quale è sot terrata nella Chiesa maggiore di Siguenza* = non enim dd. duæ enun ciatiuæ essent sufficientes in facto adeo antiquo pro probanda origi ne dictæ Isabellæ de Torres, quodque illa esset de Familia Torres dictæ Terræ Acquauiuæ, cum in materia adeo antiqua omnes fir mant, duas enunciatiuas perfectam constituere probationem, etiam in hac materia puritatis, vt in puncto probant *Perez de Lara de An niuers., & Cappell. 2.par. cap.4. n.*53., *Escobar. de purit. sanguin. par.*1.*quæst.*15.§.3.*n.*31., *& seqq.*

Nec in præfatis duabus antiquissimis enunciatiuis consistit probatio originis dictæ Isabellæ de Torres, nam habemus quoque Testamen tum Ioannis Gonzalo conditum anno 1548. compulsatum in Terra Acquauiuæ per Canonicum Commissarium, de quo in *Summario principali num.*15. *litt.K.*, *& I.* ibi = *Item dichiaro, che deuo dare ad Alfonso Molina Cittadino di Siguenza sei faneghe di Grano, perche l'Orzo è stato da mè pagato ad Alfonso de Torres suo Cognato* = quæ enunciatiua quemadmodum probat, quod Alphonsus Molina mari tus Isabellæ de Torres esset Leuirus Alphonsi de Torres Ciuis Ter ræ Acquauiuæ, ità probatum remanet, Alphonsum de Torres fuisse germanum Fratrem Isabellæ de Torres, nam dicta Fraternitas vir tualiter in dicto Testamento enunciatur, quod sufficit, vt dicatur probata Fraternitas, vt in specie probant *Garz. de benef. par.*12. *cap.*2.*num.*2., *Escobar.de purit.sangu.par.*1.*quæst.*15.§.3.*à num.*38. 39., *&* 40.

Et non solum dicta fraternitas probata fuit ex Instrumentis compul satis à Canonico Commissario in Terra Acquauiuæ, sed etiam ex Instrumentis compulsatis ab eodem in Ciuitate Seguntina, in qua compulsatum fuit Testamentum conditum ab Alphonso Molina, & Isabella de Torres stipulatum anno 1541., de quo in dicto *Sum mario*

mario num.45. litt.C., & F., in quo legitur legatum, ibi = *Item ordino io la detta Isabella de Torres, che diano à Librada de Torres figlia di Alfonso de Torres mio Fratello sei mila marauidis per il giorno, che si maritarà* = quodque Liberata de Torres esse filia Alphonsi de Torres Terræ Acquauiuæ apparet ex Testamento Alphonsi rogato anno 1553., in quo dictus Alphonsus de Torres instituit liberatam filiam suam hæredem dicto *Summ.n.15.litt.H.*

Et id ipsum confirmatur ex alio Testamento pariter compulsato à Canonico Commissario anno 1553. à Donna Anna Molina, & Torres filia Isabellæ de Torres, & Alphonsi Molina, & Vxore dicti Alphonsi Fernandez Secretarij Sac. Inquisitionis, in quo scriptum est legatum dicto *Summario num.37. litt.B.* ibi = *Item ordino, che si dichino per l'anima de miei Genitori 80. Messe, e per mio Zio Alfonso de Torres, che fù Cittadino d'Acquauiua 20. Messe.*

Vltra tot supradictas enunciativas in diversis Instrumentis antiquis emissas, quæ ad evidentiam ostendunt originem Isabellæ de Torres à Terra Acquauiuæ, magis solemnis enunciatiua resultat ex alio publico Instrumento divisionis Bonorum fact. inter filios, & Hæredes dd. Alphonsi Molina, & Isabellæ de Torres cùm auctoritate Iudicis anno 1544., in quo Instrumento intercessit, tamquàm Tutor, & Curator dictæ Annæ de Torres filiæ dictæ Isabellæ dictus Alphonsus de Torres Patruus, dictamque divisionem, tamquam Curator dictæ suæ Neptis approbavit, & subscripsit *dicto Summ. Num.45. litt. H.*, quodque dictus Alphonsus de Torres interfuerit, tamquam Curator suæ Neptis in dicto Instrumento divisionis comprobatur ex dicto Testamento condito ab Alphonso [redacted] in Terra Acquauiuæ, de quo in *dicto Summ. Num.15. litt. E.*, ibi = *Item dico, che Io fui Curatore della mia Nipote Anna per la ripartizione della sua Legitima, e per altre cose, sino che li diedi stato, impiegai molto, e spesi di mia Casa somma di denaro, come costa dà vna memoria, chē diedi à suo marito sottoscritta col mio nome, voglio, & intendo, che li miei Esecutori Testamentarij l'aggiustino, secondo il mio Libro, che contiene il medemo, e della metà, che mi deue nè faccio vn donatiuo alla d. mia Nipote* = ex quibus vident RR. PP. quanta adsit consonantia, & vniformitas inter scripturas compulsatas in Terrà Acquavivæ, & illas compulsatas in Ciuitate Seguntina, quæ magis veritatem ostendunt, & demonstrant, & quanta iniustitia impugnat., & controvertitur origo Isabellæ de Torres, quod illa non fuerit de Familia Torres, Acquavivæ, quando hæc veritas ex tot enunciativis ad evidentiam constabat ex Processu facto à Canonico Commissario.

e de Torres

Omnia præmissa comprobantur, nàm in dicta Terra Acquavivæ existit adhùc Cappella in Ecclesia Parochiali, quæ spectabat ad Familiam Torres Loci Acquavivæ, & in ea sunt insculpta Arma, & Insignia Familię Torres, quibus recognitis, fuit compertū esse in omnibus vniformia illis insculptis in Lapide Sepulcrali Isabellæ de Torres in

Ca-

Cathedrali Siguntina, quæ sola vniformitas denominationis Familiæ, & Armorum, & Insignium probat dictæ Familiæ identitatem, vt probant *Peleaz.de maiorat.2.par.quæst.7.sub num.89.,Tiraquell. de Nobilit.cap.6.num.14.,Escobar.de Sangu. purit.par.1.quæst.16.§.2. num.7., & 8.*

Hæc sunt documenta, quæ probant originem Isabellæ de Torres à Terra Acquavivæ, illamque fuisse de Familia Torres dictæ Terræ; videamus nùnc, quæ documenta habet Reverendissimum Capitulum ad effectum insistendi, quod Isabella de Torres fuerit originaria Civitatis Siguntinæ, non habet, nisi duos Testes, nempè Benedictum Martinez Civem Toletanum, & Canonicum Ecclesiæ Siguntinæ, de qua *in Summ. Num.20. litt. F.*, ibi = *Disse, che dà D. Francesco Retuerta di già defonto, e da Don Simon Paxarex, che è in oggi, li quali con l'occasione d'auer vedute le Scritture, che tiene sopra questo, & à suo fauore la Parte li dissero, che in vece di sodisfarsi col vederle vniuano ogni volta con nuoui dubij, e che particolarmente il detto D. Simone Paxarex aueua detto, diuerse volte à d. Testimonio, che non puole acquietare il suo Cuore, & il suo giudizio per credere, che quello dicano l'Istrumenti sia vero* = & *in litt. I.*, subiungit quod ipse verisimiliùs credit, Isabellam de Torres fuisse nativam Civitatis Siguntinæ.

Canonicus verò Paxarex deposuit, vt ex *Summ. Num.23. litt. Q.*, ibi = *Che il detto Ratuerta auendoli letti disse ad esso Testimonio, che il fine delle dd. Scritture li pare, che era il prouare la Natiuità, & origine della detta Isabella de Torres nel sopranominato luogo d' Acquauiua, e cauarla di Siguenza, & il giudizio, che aueua fatto di essi il detto Retuerta era, che li sembraua fossero più tosto supposti, che veridici col fine, che si desideraua di prouare la d. Natiuità, & origine della mentionata Isabella de Torres nel detto luogo d' Acquaviva, e discacciarla da questa Città* = ex quibus vident RR. PP., quod Reverendissimum Capitulum adeò acritèr insistit in credendo, Isabellam de Torres fuisse Originariam Civitatis Siguntinæ, nullo alio fundamento innixum, nisi quod d. Canonicus Retuerta dixerat, ipsis Testibus, quod ipse credebat, Isabellam de Torres fuisse nativam Civitatis Siguntinæ, quodque credebat, Instrumenta esse supposita, vt ex dd. depositionibus apparet, & est mirabile, quod Reverendissimum Capitulum Toletanum tantam fidem adhibere voluerit duobus Testibus deponentibus de auditu ab vnico Teste, qui tanta malignitate loquebatur, & de propria credulitate, cùm nihilominùs etiamsi Testes quotquot examinati fuissent à Canonico Commissario depositi fuissent de auditu auditus, seù de communi fama, quod dicta Isabella fuisset nativa Civitatis Siguntinę adhùc etiam Reverendissimum Capitulum præferre debebat probationem, quæ elicitur ex publicis Instrumentis, quàm illam, quæ resultaret ex depositionibus Testium de auditu, proùt docent omnes Doctores Hispani, in hac præcisa

cisa materia puritatis, nempè *Lara de Anniuers.*, & *Cappell. par.2. cap.48.num.57.*, & *58.*, *Ottarola de Nobilit.tom.1.par.3.cap.7.n.17. Ioannes Garz.de Nobilit.gloss.4. nu.33.*, cùm alijs pleno calamo collectis ab *Escobar.de Sangu.purit.par.1. quæst.15. num.8.*, *9.*, & *10.*, quæ quanto magis procedunt in casu nostro, quia exceptis dd.duobus Testibus, qui deponunt de solo auditu à Canonico Retuerta, qui id asseverabat, non adducta aliqua certa causa scientiæ, sed dumtaxàt de propria credulitate, & iudicio, quotiès cæteri Testes examinati in Civitate Siguntina à Canonico Commissario omnes deposuerunt de publica voce, & fama, Isabellam de Torres fuisse originariam Acquavivæ, & de Familia Torres illius Loci, quibus plena fides debebat per Reverendissimum Capitulum adhiberi, & quod subiungit in dicta protestatione, quod si Isabella de Torres fuisset puri Sanguinis, & nativa Terræ Acquavivæ faciliùs iustificatum fuisset de tempore, quo retentæ fuerunt probationes à dd. duobus Collegijs, quodque Informantes se contulissent ad faciendam Informationem in dicta Terra Acquavivæ, proùt etiam Informantes Sac. Inquisitionis, quod dicitur non fuisse peractum, vt ex dicta protestatione *Summ. super paritione Num.2. litt.PPPP.*

Nam quidquid sit, an Informantes deputati à Collegijs se contulerunt ad Terram Acquavivæ pro capienda Informatione originis, & puritatis Isabellæ de Torres, est indubitatum, quod de anno 1647. occasione, qua Franciscus Iamon fuit cooptatus in Familiarem Sacræ Inquisitionis, duo ex Ministris d. Sac. Inquisitionis se contulerunt ad Terram Acquavivæ, ibique examinarunt Testes omni exceptione maiores, qui deposuerunt, Isabellam de Torres fuisse naturalem, & originariam Terræ Acquavivæ de nobilissima Familia Torres, *Summario Additionali Num.12. litt. E. F.*, *G.*, & *K.*, & *litt. CC.*, proùt etiam anno 1680. occasione probationum factarum in Tribunali Inquisitionis super puritate Josephi Fernandez Iubera Patrui Domini Principalis, Commissarij se contulerunt ad Terram Acquavivæ, & Testes examinarunt, qui omnes deposuerunt, dictam Isabellam fuisse naturalem dictæ Terræ, *dicto Summario Additionali Num.10. litt. I.*, & *K.*, itaùt contra veritatem asseratur in dicta protestatione, quod Informantes Sac. Inquisitionis non se contulerant ad Terram Acquavivæ, & ex evidentia facti id convincatur.

Subiungitur in eadem protestatione *litt. QQQQ.*, quod qualificatio aliorum Tribunalium non probat respectu Statuti Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, sed responsio est clara, quia nos non insistimus in qualificatione Isabellæ de Torres desumpta ex tot actibus positivis aliarum Communitatum, nempè ex tot admissionibus Ecclesiæ Siguntinæ, Ecclesiæ Oxomen., Collegiorum, & Tribunalis S. Inquisitionis, sed probamus puritatem, & nobilitatem Isabellæ de Torres, illiusque originem ex Testibus examinatis, & ex Instrumentis com-

pul-

pulsatis à Canonico Toletano Commissario, ex quibus plenè resultat puritatis, & nobilitatis probatio.

Præterea cessat ista prætensio Capituli, nam quamvis qualificationes aliarum Communitatum non probent puritatem quoad alias Communitates, & specificè quoad Ecclesiam Toletanam, nihilominus tres actus positivi obtenti à Tribunali S. Inquisitionis probant puritatem, quoad omnes alias Communitates munitas Statuto rigoroso, etiam quoad Ecclesiam Toletanam, iuxtà dispositionem pragmaticæ Philippi Quarti confirmatæ à sanctæ memoriæ Vrbano Octauo, & dd. tres actus positivi constituunt rem iudicatam irretractabiles quoad omnes Communitates habentes Statuta rigorosa puritatis, vt superiùs probavimus.

Subiungitur in dicta protetestatione *d.num.2.litt.RRRR.*, quod aliqui Testes fide digni deposuerint conuincentibus rationibus, Instrumenta non esse authentica, quodque fidem non merebantur.

Bone Deus, qui sunt isti Testes, super quibus adeò insistit Reuerendissimum Capitulum, sunt illi duo Testes, quorum depositiones supra transcripsimus, qui deposuerunt, audiuisse à Canonico Retuerta, quòd ipse credebat dd. Instrumēta non esse legalia; Est enim possibile quòd Reuerendissimum Capitulum Toletanum adeò insigne, quod constituitur ex Viris tam doctis, quod adeò deferre voluerit duobus Testibus deponentibus de auditu ab vnico Teste, qui dicebat de propria credulitate, scilicet non credebat d. Instrumenta veridica, & credere noluerit tot diligentijs peractis à suo Canonico Commissario, qui dd. Instrumenta vidit proprijs oculis, ea recognoscere fecit, & illa comperijt legalia, & omni carere vitio suspicionis, & super dicta legalitate suum decretum interposuit, vt ex *tertio Summario Addition.num.*16., vndè si Canonicus Commissarius Instrumenta antiqua vidit, recognoscere fecit à Peritis, & interposuit decretum super eorum legalitate, est credibile, quod Reuerendissimum Capitulum tanta ostinatione insistit in dicto vnius Testis falsi, qui sine fundamento dicebat, ipsum credere Instrumenta non esse legalia, quam credere suo Commissario, Peritis, & Decreto interposito super legalitate, præsertim quia hæc eadem Instrumenta fuerunt recognita anno 1647. per Commissarios S. Inquisitionis occasione probationum factarum prò Francisco Iamon, & comperta fuerunt vera, legalia, & omni suspicione carenentia *Summario Addit.num.*13. *litt.V.in fine, & litt.D.*, & vlterius à Commissarijs eiusdem Sac. Tribunalis eadem Instrumenta recognita fuerunt anno 1681. occasione probationum factarum prò D. Iosepho Fernandez Iubera Patruo Principalis *dicto Summario Additionali num.*10. *litt.FF.*, *& lit.NN.*, *PP.*, *& QQ.* quocirca sic hæc eadem Instrumenta fuerunt recognita per Commissarios S. Inquisitionis anno 1647., & comperta legalia, si recognita fuerunt anno 1681. à dicto Sac. Tribunali, & pariter

ter reperta legalia, & omni suspicione carentia, si recognita fuerunt occasione huius Informationis à Canonico Commissario Reuerendissimi Capituli, quæ ratio postulat; & quo legitimo fundamento adduci potest Reuerendissimum Capitulum ad credendum potius vnico Testi de propria credulitate deponenti, quam veritati dd. Instrumentorum tot vicibus recognitorum, & tot decretis canonizatorum.

Denique dicunt, quòd Principalis recursum habuit ad hoc Supremum Tribunal sub fiducia opinionum, quibus procedit in huiusmodi causis, quæ opiniones sunt longè contrariæ vsibus Regnorum Hispaniæ, & Communitatibus condecoratis Statuto puritatis, nam non solum opiniones huius Sac. Tribunalis sunt vniformes Iuribus, sed etiam opinionibus Doctorum Regnorum Hispaniæ, qui scripserunt de hac materia puritatis, neque adest aliqua opinio in nostris Decisionibus, quæ non sit probata cum communi opinione DD. Hispanorum, & satis notum est, quòd Inferiora Tribunalia legem sumere debent à Supremo Rotæ Auditorio, quòd venerantur à dd. inferioribus Tribunalibus, vt satis notum est, adeòut omnes querelæ contentæ in dicta protestatione, aut sunt contra veritatem, aut contra iustitiam, & æquitatem, aut contra Iuris principia.

Vltima pars dictæ protestationis, in qua dicti Canonici conquæruntur quod Principalis per viam negotiatorum, & protectionum obtinuit sententias ab hoc Supremo Auditorio; Est falsitas adeò notaria, vt magis explicare non possit; Notum est, Principalem esse medijs destitutum prò faciendis suppositis negotiationibus, est destitutum omni protectione, & solum in Iustitia Causæ totam suam habet confidentiam; Est etiam notorium in Vrbe, quòd D. Agnes Reuerendissimi Capituli egit negotiata, habuit semper Principum protectiones, & omni studio conatus fuit, Iustitiam, quæ Principali assistebat, conculcare; Hæc sunt in Vrbe omnibus notoria, nec dignum est verbis recensere, & scripto comprobare, quo circa cum iustitia sententiarum esse non possit magis conspicua, & clara speramus esse rescribendum = *Constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum.*

Quare &c.

Vitus Angelus Cauallettus.

SVM-

SVMMARIVM

Num. Vnico.

Testimonium Secretarij Reuerendissimi Capituli Siguntini super possessione tradita Don Hieronymo Fernandez de Dignitate Cantoratus post approbatam informationem super puritate ad formam Statuti rigorosi d. Sanctæ Ecclesiæ Siguntinæ.

IO Dottor Francesco Garzia Caluo Canonico della Santa Chiesa Cattedrale di codesta Città di Siguenza, e Secretario de Signori Decano, e Capitolo, & altri Signori della medesima Cattedrale assieme con Monsignor Vescouo. Certifico, e fa cio fede à chi la presente vedrà, come auendosegli fatte le proue à tenore dello Statuto rigoroso, che gode questa S. Chiesa e per concessione Apostolica, al Signor Don Girolamo Fernandez per esser ammesso al possesso della digaità di Cantor della quale fù da Sua Santità prouisto, e doppo di essere sta approuate le informazioni fatte da tutti li Signori Votanti, æliò il possesso d. Signor D. Girolamo della sudetta Dignità Cantore quietamente, e pacificamente nel giorno 29. di questo presente mese, & anno infrascritti senza alcuna contradizione, e con le solennità, e cerimonie solite farsi in questa Santa Chiesa auanti di me come Segretario del d. Capitolo, e tutto ciò costa da i libri di resoluzioni Capitolari, e processi, che stano nell'Archiuio alli quali mi riporto, & acciòche costi doue sarà necessario ad istanza del d. Sig. D. Girolamo Fernandez dò la presente attestazione, e la sottoscriuo in Siguenza al 30. del mese di Nouembre, & anno 1723.

D. Francesco Garzia Caluo Canonico Sagretario.

Sequitur legalitas Notarij.

R. P. D.

RCVAVL

DE GAMA

Toletana Canonica

PRO

Illmo D.Don Iosepho Fern

ra Inquisitore Regni Mut

nico Toletano.

CONTR

Illmum Capitulum Tol

Facti.

Typis Zinghi, & Monal